

BULLA EREKCYJNA DIECEZJI WIGIERSKIEJ

WYDAŁ KS. BOLESŁAW KUMOR

W trzecim rozbiórce Polski (1795) Prusy zagarnęły pod względem kościelnym m. in. część diecezji wileńskiej wraz z Wigrami, część diecezji żmudzkiej w rejonie Kowna, na lewym brzegu Niemna, oraz część diecezji łuckiej z Bielskiem i Drohiczyńcem¹. Zgodnie z polityką państw zaborczych, król Fryderyk Wilhelm II już 9 VIII 1796 postanowił, że granice biskupstw w nowoanektowanych ziemiach winny się pokrywać z granicami administracji państwowej, co w gruncie rzeczy zapowiadało separację tych terenów od ich macierzystych diecezji². Wówczas to powstała myśl włączenia „pruskich” części biskupstw „zagranicznych” do diecezji płockiej i warmińskiej; ale już 1 IX 1796 zdecydowano utworzenie z nich jednej, względnie dwóch nowych diecezji³. Tego samego dnia departament spraw zagranicznych rządu pruskiego postanowił zlecić biskupowi płockiemu Krzysztofowi Hilaremu Szembekowi, jako najbliższemu ordynariuszowi, tymczasowy zarząd kościelny na omawianym terytorium⁴.

Biskup K. H. Szembek, posłuszny rozkazowi króla pruskiego, przejął jurysdykcję kościelną na tych terenach i 8 I 1797 obsadził probostwa w Białymstoku i Wasylkowie „na podstawie domyślnej zgody Stolicy Apostolskiej”, do której odniósł się listownie z prośbą o odpowiednie pełnomocnictwa⁵. Na podstawie tej samej licencji zamianował 21 II 1797 ks. Michała Franciszka Karpowicza oficjałem generalnym dla „pruskiej” części diecezji wileńskiej i żmudzkiej, a 10 III 1797 ks. bpa J. Szyjkowskiego w Bielsku oficjałem *personaliter ad interim* dla części diecezji łuckiej⁶. 19 IV 1797 zarządzenia te i nominacje uzyskały pełną aprobatę ze strony rządu pruskiego⁷.

Tymczasem 24 XII 1796 pruski departament spraw zagranicznych posta-

1 Preussen und katholische Kirche seit 1640. Hrsg. von M. Lehmann. Th. 7 (1793–1797). Leipzig 1884 s. 442.

2 Tamże s. 441.

3 Tamże s. 455.

4 Tamże s. 455.

5 ADPŁ (Archiwum Diecezjalne w Płocku). Nr 79: Acta gratiosa annorum 1796–1798 s. 230 n.

6 Tamże s. 296–301 (nominacja ks. Karpowicza), s. 334–338 (nominacja bpa Szyjkowskiego).

7 Tamże s. 359–360.

nowił utworzyć z omawianych terytoriów nową diecezję ze stolicą w Wigrach i w tej sprawie wydał specjalny okólnik⁸. Niebawem odnośnie tego zwrócono się do Stolicy Apostolskiej. 7 X 1797 papież Pius VI, bullą *Inter gravissimas summi pontificatus curas*, powierzył biskupowi płockiemu K. H. Szembekowi przeprowadzenie procesu informacyjnego w sprawie erekcji diecezji wigierskiej⁹. 10 XI 1797 bulla papieska uzyskała *placitum regium* w Berlinie i za pośrednictwem kamery białostockiej została przesłana 7 XII t. r. na ręce biskupa Onufrego Kajetana Szembeka, następcy zmarłego 8 IX 1797 Krzysztofa Hilarego Szembeka. Prawdopodobnie śmierć tego ostatniego spowodowała przeszło trzymiesięczną zwłokę w wykonaniu papieskiego polecenia. Dopiero bowiem 20 III 1798 biskup O. K. Szembek, w oparciu o tenor bulli papieskiej, subdelegował ks. Wiktora Wyszковского, scholastyka i wikariusza generalnego płockiego, oraz ks. Tomasza Paszkowskiego, archidiakona pułtuskiego, do przeprowadzenia procesu kanonicznego odnośnie erekcji nowej diecezji¹⁰. Tym razem prace posunęły się szybko naprzód, proces został sporządzony i jeszcze w 1798 r. przesłany do Rzymu¹¹. Ponieważ król pruski zamianował już 22 XII 1797 ks. Michała Franciszka Karpowicza biskupem nowej diecezji, dlatego łącznie z procesem kanonicznym o erekcji diecezji przeprowadzono proces informacyjny nominata¹².

W takich to okolicznościach papież Pius VI, w drodze na przymusową deportację do rewolucyjnej Francji, bullą *Saepe factum est* z 16 III 1799, erygował kanonicznie diecezję wigierską, przy czym wykonawcą bulli zamianował biskupa płockiego O. K. Szembeka¹³. Tymczasem wspomniana, ciężka sytuacja Stolicy Apostolskiej, a następnie wywiezienie papieża 28 III 1799 z Florencji poprzez Bolonię i Turyn do Walencji, oraz wojna drugiej koalicji antynapoleońskiej z Francją spowodowały znów nieprzewidzianą zwłokę we wprowadzeniu w życie papieskich dokumentów. Dopiero 20 V 1800 biskup płocki O. K. Szembek subdelegował ks. Jana Gołaszewskiego, kanonika przemyskiego i oficjała generalnego płockiego *per Podlachiam* do wykonania bulli papieskiej¹⁴, a ten pismem *Prospiciendo felicitati fidelium* z dnia 11 VII 1800 ogłosił utworzenie nowej diecezji w Wigrach¹⁵.

Zgodnie z tenorem procesu informacyjnego bulla papieska przydzielała nowej diecezji 4.558 wsi, 149 parafii i filli, z czego 90, wraz z Wigrami, należało do diecezji wileńskiej, 44 — do łuckiej i 15 — do żmudzkiej. Na terenie nowej diecezji było nadto 14 klasztorów męskich, 3 żeńskie, oraz 292.348 wiernych zdolnych do przyjmowania sakramentów św.¹⁶. Granice nowej diecezji na zachodzie dotykały biskupstw płockiego i warmińskiego, a na południu, wschodzie i północy pokrywały się z polityczną granicą zaboru pruskiego¹⁷.

⁸ Preussen und katholische Kirche. Th. 7 s. 493—496.

⁹ BAV (Bibliotheca Apostolica Vaticana). Proces. consist. Vol. 202 k. 365—365v: Procesus in causa erectionis dioecesis Vigierscensis 1798.

¹⁰ ADPł, jw. s. 531—533.

¹¹ BAV, jw. Vol. 202 k. 365—374v: Processus in causa erectionis dioecesis Vigierscensis 1798. — Por. ks. B. Kumor: Katalog mikrofilmów Ośrodka Archiwów, Bibliotek i Muzeów Kościelnych przy Katolickim Uniwersytecie Lubelskim. Nr 1. *Arch. Bibliot. kośc.* T. 6: 1963 s. 131.

¹² BAV, jw. Vol. 202 k. 365—374v.

¹³ Por. poniżej (dokument drukowany).

¹⁴ ADPł. Nr 80: Acta gratiosa ex annis 1799—1801 s. 194—195, 247—248.

¹⁵ Tamże s. 246—252.

¹⁶ BAV, jw. Vol. 202 k. 367.

¹⁷ Por. ks. A. Romańczuk: Diecezja Wigry. Stan 1800—1807 (mapa). [w:] Ks.

Diecezja wigierska, na życzenie rządu pruskiego, nie powiększyła ilości sufraganii metropolii gnieźnieńskiej, chociaż Gniezno także znalazło się w granicach zaboru niemieckiego, lecz została bezpośrednio poddana Stolicy Apostolskiej, podobnie jak erygowana w 1798 r. diecezja warszawska. Niemniej, jak informuje bulla, arcybiskup metropolita gnieźnieński był konsultowany w tej sprawie. Do godności kościoła katedralnego została wyniesiona świątynia kamedulska w Wigrach p. w. Niepokalanego Poczęcia NMP, zaś dotychczasowi jej gospodarze, kameduli, znaleźli schronienie w eremie swoich współbraci na Bielanach pod Warszawą.

Przy nowej świątyni katedralnej papież utworzył kapitułę (katedralną), w skład której weszło 4 prałatów (archidiakon, dziekan, kustosz i scholastyk) oraz 6 kanoników gremialnych. Roczne uposażenie biskupstwa miało wynosić 4 tysiące talarów pruskich; uposażenie kapituły katedralnej pozostawiała bulla papieska szczodroblivości rządu pruskiego. Wykonawcą bulli wyznaczył papież biskupa płockiego O. K. Szembeka. Nie wspominał natomiast nic o seminarium duchownym i nie podawał szczegółowego wykazu kościołów parafialnych, wchodzących w skład nowej diecezji, jak to było w zwyczaju kurii rzymskiej pod koniec XVIII w.¹⁸

Osobne zagadnienie stanowi problem datacji bulli papieskiej. W dokumencie papieskim brzmi ona dosłownie: *Datum prope Florentiam in coenobio carthusianorum anno Incarnationis Dominicae MDCCXCVIII decimo septimo kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno XXV*. W ślad za takim wyrażeniem daty niektórzy autorzy przyjęli, że opisywana diecezja została erygowana w 1798 r.¹⁹ Tymczasem bulla papieska została datowana w tzw. *calculus Florentinus* czyli w stylu Zwiastowania, rozpoczynającego nowy rok 25 marca (uroczystość Zwiastowania NMP). Przyjęcie tego stylu zgadza się całkowicie z pobytam papieża w eremie kartuskim pod Florencją. 20 II 1798 papież został deportowany przez Francuzów z Rzymu, od 25 II przebywał w Sienie, 1 VII 1798 został umieszczony w klasztorze kamedułów pod Florencją, gdzie przebywał do 28 III 1799, skąd potem został wywieziony do Francji²⁰. Był on wybrany papieżem 15 II 1775, stąd też data 16 III 1799 była już w 25 roku jego pontyfikatu, jak to zaznaczono w datacji dokumentu.

Niniejsza bulla papieska nie była dotąd opublikowana. Nie znają jej wydawnictwa *Bullarium Romanum*; przyjmowana przez autorów różnorodna datacja erekcji diecezji wigierskiej każe się domyslić, że tekst jej był dotąd zupełnie nie znany. Poniższy dokument publikuje się według *Instrukcji wydawniczej dla źródeł historycznych od XVI do połowy XIX wieku* (Wrocław 1953).

A. Schletz: Działalność Zgromadzenia Misji w Tykocinie na polu oświaty (1769—1864). *Nasza Przeszłość*. T. 11: 1960 s. 376.

¹⁸ Por. ks. B. Kumor: Dzieje polityczno-geograficzne diecezji tarnowskiej. Lublin 1953 s. 116 nn. (Katolicki Uniwersytet Lubelski. Rozprawy Doktorskie, Magisterskie i Seminaryjne. Wydział Teologiczny. T. 8).

¹⁹ Preussen und katholische Kirche (Th. 8 s. 224—227) podaje datę „17 kalendas Aprilis 1798”; ks. J. Jemiołkowski (Augustowska diecezja. [w:] *Encyklopedia kościelna* (Nowodworskiego). T. 1. Warszawa 1873 s. 489) — 25 III 1798; ks. A. Schletz (Działalność Zgromadzenia Misji w Tykocinie, jw. s. 372) — r. 1797; *Seminaria ecclesiae catholicae* (Roma 1963 s. 905) — rok 1800; J. Wąsicki (Ziemie polskie pod zaborem pruskim. Prusy Nowowschodnie (1795—1806). Poznań 1963 s. 217 n.) — r. 1798; E. Rabowicz (Karpowicz Michał. [w:] *Pol. słow. biogr.* XII 120) — 5 IV 1799.

²⁰ L. Pastor: *Geschichte der Päpste*. Bd. 16. T. 3. Freiburg i. B. 1933 s. 603—620.

Bulla erekcyjna diecezji wigierskiej

Klasztor kamedułów k. Florencji
16 III 1799

Papież Pius VI bullą Saepe factum est eryguje diecezję wigierską, przydzielając do niej te parafie diecezji łuckiej, wileńskiej i żmudzkiej, które znalazły się w 1795 r. w granicach trzeciego zaboru pruskiego, wynosi do godności kościoła katedralnego świątynię klasztorną p. w. Niepokalanego Poczęcia NMP w Wigrach, tworzy kapitułę katedralną, zatwierdza uposażenie biskupstwa, uzależnia diecezję bezpośrednio od Stolicy Apostolskiej i deleguje do wykonania bulli biskupa płockiego O. K. Szembeka.

Or. me znany.

Kop. Archiwum Diecezjalne w Płocku. Nr 80. Acta actorum Onuphrii Cajetani Szembek ep. Plocensis ab anno 1799 ad 1801 s. 252—270. Tytuł wpisu: Ingrossatio executionis bullae erectionis episcopatus Vigerscensis Latini.

Pius episcopus, servus servorum Dei²¹. Ad perpetuam rei memoriam. Saepe factum est a Romanis Pontificibus, praedecessoribus nostris, ut eae dismembrarent dioeceses, quae vel nimia populorum copia redundarent, vel in alienam temporalem ditionem temporum vicissitudine translatae, ab eorum, quibus iam pridem assignatae fuerunt praesulibus, aliqua in parte distantes admodum remanerent, modo dictarum dioecesium portione aliqua propinquiori cathedrali ecclesiae addicta, quandoquidem vero nova episcopali sede ex ea apostolica autoritate provide erecta et instituta. Hanc sane agendi rationem pro prospero et felici catholicarum ecclesiarum regimine et gubernio, a quo sola populorum ipsorum spiritualis pendet utilitas, pro pastoralis nostri muneris debito jugiter adhibentes, dum Domini gregis oves a propriis eorum, quibus olim concreditaе fuerunt, pastoribus, ob temporum hujusmodi circumstantias seiunctas atque distractas et spirituali pabulo destitutas remansisse novimus, illas ab ipsis, quibus modo subsunt, pastoribus perpetuo segregando, novam intra praefinitos agros, ubi ipsae consistunt limites, pastorałem satagimus instruere sedem, ovesque sic distractas in unum reducere gregem [253] qui provide pastori, eas probe noscens et nutriens, specialiter commissus, spiritualibus proficere valeat incrementis.

Cum itaque, sicut accepimus, fideles, qui in districtibus Samogitiensis, Vilnensis et Luceoriensis respective dioecesium Latini ritus temporali Friderici Guillelmi hoc nomine III Borussiae regis²² illustrissimo dominio subiecti ad praesens comorantur, ob plures nec superabiles rerum circumstantias et difficultates, quae ad spiritualem animarum salutem pertinent, quaeque a legitimis ecclesiarum suarum pastoribus consequi consueverant, atqui ii eorumque episcopales sedes alienae temporali ditione cessissent, adeo destituti remanserunt, et de praesenti reperiantur, ut ad rectam rursus inter pastores ipsos eorumque gregum distractas portiones in supra dictis dioecesibus existentes communicandi aperiendam viam, quae suas quisque pastor circumhabeat oves spirituali pabulo nutriendas, novae episcopalis sedis erectio in loco ad hunc effectum, iuxta populorum illarum regionum novo

²¹ Papież Pius VI rządził Kościołem od 15 II 1775 do 29 VIII 1799, 15 II 1798, zdeponowany przez rewolucyjną Francję jako rządcą Państwa Kościelnego, 20 II t.r. został wywieziony z Rzymu, przez Sienę, do Florencji, gdzie m. in. podpisał publikowaną niżej bullę. — Zob. H. H ü n e r: *Lexikon der Päpste von Petrus bis Pius XII*. Zürich 1956 s. 268—270.

²² Fryderyk Wilhelm III, król pruski (1797—1840). W pokoju tylżyckim w r. 1807 stracił na rzecz Księstwa Warszawskiego i Rosji m. in. całą diecezję wigierską. — *Por. Wielka encyklopedia powszechna PWN*. T. 4. Warszawa 1963 s. 42.

praesuli adiacendorum vicinitatem aptiori, ut uberior inde Dominici agri cultus et messis evadat, maxime opportune videatur.

Cumque sicut ex insinuatione praedicti Friderici Guillelmi regis nobis facta pariter accepimus in Lithuaniae provincia adsit locus Wigry²³, Vilmensis dioecesis, olim in districtu Grodnensi²⁴ in Lithuania hujusmodi, nunc vero in Novo-Orientali Borussia sub temporali ejusdem Friderici Guillelmi regis ditone consistens, in quo celebre monasterium sive eremus Wigry nuncupatum, sive nuncupatus, sub titulo Conceptionis Beatae Mariae Virginis Immaculatae ordinis heremitarum Camaldulensium²⁵ nuncupati, usque et de anno Domini 1677 a clarae memoriae Joanne Casimiro, [254] dum regnaret Poloniae rege²⁶, fundatum seu fundatus, reperitur, ad ipsum autem monasterium seu eremum spectet ecclesia eremitarum hujusmodi Immaculatae Conceptionis ejusdem Beatae Mariae Virginis dicata, cum eorundem eremitarum eremis seu domunculis aliisque duodecim aedificiis ex solido muro constructis, in monte posita, undique nemoribus et lacubus circumdata, ac praeter dictam ecclesiam et eremitarum domunculas praedictas et aedificia adiacentia pro infirmis et discentibus theologiam moralem, nec non pro re domestica totius monasterii seu eremi hujusmodi existunt prope ecclesiam praedictam domus ad excipiendos hospites satis commoda et decens ex solido itidem muro noviter extracta, ac hortus magnus ad radicem montis positus, parvique hortuli ad singulas eremos seu domunculas pro eremitarum commoditate spectantes, aditus una dumtaxat parte pateat, aggere satis longo, qui protenditur a planitie, in qua habetur ecclesia parochialis lignea satis bona, sumptu eremitarum hujusmodi constructa, fonte baptismali sacrisque supellectilibus allisque ad parochiale munus exercendum necessariis sufficienter provisa, et circa eam nonnullae domus, quasi villam praeseferentes pro monasterio sive eremo inservientibus uxoris potissimum addictae, aedificatae pariter reperiantur. Ipsa praeterea primodicta ejusdem monasterii seu eremi hujusmodi ecclesia sat ampla sit capaxque populi ad illam in publicis solemnioribus praesertim festis diebus ad illam confluentibus recipiendi, ac bonae solidaeque structurae ac tam in exteriori, quam in interiori parte bene ordinata, duabus turribus cum campanis, sacrario supellectile sacra sufficienter instructa, ac quam plurimis sanctorum martyrum reliquiis, quae speciali cultu ac veneratione decenter asservantur, ditata. Hic sane Wigry [255] locus aptissimus proinde videatur, ut inibi sedes episcopalis instituat, dictique monasterii seu eremi hujusmodi ecclesia primodicta, ut ad cathedralis ecclesiae gradum promoveatur et dignitatem merito reputetur.

Proinde nos, qui iam usque et de anno Domini 1797 ad tanti momenti opus ea, qua par est maturitate, inchoandum praevio consilio Congregationis venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium ecclesiasticis istorum regionum negotiis praepositae, auditisque ecclesiarum superius expressarum praesulibus, quorum dioeceses infrascriptae necessariae dismembrationi pro spirituali populorum praedictorum utilitate fuissent obnoxiae, animum nostrum adiecimus, ac singularem pro illius prosecutione et perfectione annuentiam ab eo tunc demon-

²³ Wigry, osada nad jeziorem tejże nazwy, w pow. Suwałki, diecezji łomżyńskiej.

²⁴ Grodno, miasto powiatowe na Litwie przed r. 1795 i w Polsce przed 1939; od 1945 r. miasto obwodowe w granicach Białorusi Radzieckiej.

²⁵ Kameduli, zakon o charakterze eremickim, jedna z gałęzi benedyktyńskich. Założony przez św. Romualda na początku XI w. W Wigrach erem ufundował w 1667 r. król Jan Kazimierz. Bulla podaje datę błędną. — Zob. o. M. P i r o z y Ń s k i: Zakony męskie w Polsce. Lublin 1937 s. 51.

²⁶ Jan Kazimierz, król Polski (1648—1668).

stravimus, quique ex processu a venerabili etiam fratre nostro Onuphrio Caietano Szembek, moderno Plocensi episcopo tunc temporis coadjutore cum futura successione²⁷, quam tunc in eisdem humanis agenti Hilario etiam Szembek tunc duntaxat episcopo Plocensi²⁸ in regimine et administratione ipsius Plocensis ecclesiae apostolica auctoritate deputato, in vim facultatis utriusque eorum ad id specialiter et expresse delegato in partibus confecto, de erectione hujusmodi necessitate plene instructi fuimus, eximia praedicti Friderici Guillelmi regis erga catholicos suis in ditioribus existentes humanitatem et beneficentiam regiamque simul liberalitatem summopere commendantes, ac catholicae religionis incrementum omni ope promovere et animarum Christi fidelium salutem, quantum in Domino possumus, prospicere volumus, motu proprio et ex certa scientia deque apostolica potestatis plenitudine praedictum locum Wigry in civitatem Vigierscensem nuncupandam, cum omnibus iuribus, honoribus et praerogativis, quibus aliae in conterminis provinciis illarum [256] partium existentes civitates, pontificali sede insignitae et earum respective cives utuntur, fruuntur, potiuntur et gaudent, atque frui, uti, potiri et gaudere possunt et poterunt quomodolibet in futurum, primodictam vero ejusdem monasterii seu eremi hujusmodi ecclesiam in cathedralem ecclesiam sub praedicta Conceptionis ejusdem Beatae Mariae Virginis Immaculatae invocatione saecularem extitiram, et in eam dignitatem et sedem episcopalem pro uno deinceps episcopo Vigierscensi, ut praedicitur nuncupando, qui eidem ecclesiae illiusque civitati Vigierscensi, ut praecipitur nuncupandae, et dioecesi etiam Vigierscensi, ut infra assignandae, praesit, abbates, inferiores praelatos et alios ad synodum convocet, et omnia et singula iura, officia, et munia episcopalia caeterisque cathedralibus et pontificalibus insigniis, nec non iuribus, jurisdictionibus, facultatibus, praeeminentis, praerogativis, honoribus, gratiis, favoribus et indultis realibus, personalibus et mixtis, quibus aliae illarum partium cathedrales ecclesiae illarumque praesules quomodolibet, non tamen titulo oneroso aut ex privilegio particulari, similiter utuntur, fruuntur, potiuntur et gaudent, et uti, frui, potiri et gaudere possunt et poterunt, quomodolibet in futurum atque in ea unum archidiaconatum, qui inibi post pontificalem maior pro uno presbytero, qui capituli ejusdem ecclesiae cathedralis, ut infra erigendae, caput existat, et tam in choro, quam in eodem capitulo actibusque capitularibus publicis et privatis, processionibus aliisque functionibus quibuscumque praesit, ac praeeminentiam et praecedentiam primumque et digniorem locum habeat; ac unum decanatum, qui secunda pro uno decano, ac unam custodiam, qui tertia pro uno custode, ac [257] unam scholasteriam, quae quarta respective dignitates existant, pro uno scholastico, nec non sex canonicatus totidemque praebendae, et quatuor vicarias pro totidem presbyteris respective futuris dictae cathedralis ecclesiae, per nos, ut infra, erigendis canonicis et vicariis. Qui quidem archidiaconus et decanus ac custos et scholasticus singulique canonici praedicti capitulum dictae cathedralis ecclesiae, per nos, ut infra, erigendae, quod etiam deinceps per futurum Vigierscensem episcopum, Apostolicae tamen Sedis intercedente

²⁷ Ks. Onufry Kajetan Szembek, kanonik krakowski, archidiacon warszawski, opat komandatoryjny przemęcki, koadiutor (1795) i biskup plocki (1797). Zmarł 5 I 1809. — Por. ks. A. Syski: Szembekowie. [w:] Encyklopedia kościelna (Nowodworskiego). T. 27. Warszawa 1904 s. 512.

²⁸ Ks. Krzysztof Hilary Szembek, kantor gnieźnieński, kanonik krakowski, prepozyt plocki i pultuski, dziekan kruszwicki, archidiacon warszawski, biskup koadiutor chełmiński (1767), następnie plocki (1769), wreszcie ordynariusz plocki (14 III 1785). Zmarł w Krakowie 8 IX 1797. — Por. ks. J. Korytkowski: *Pralaci i kanonicy katedry metropolitalnej gnieźnieńskiej od roku 1000 aż do dni naszych*. T. 4. Gniezno 1883 s. 63—68.

beneplacito, ministerio erectionis aliarum dignitatum seu et aliorum canonicatum et praebendarum hujusmodi, illarum seu illorum respective dote et regia liberalitate constituta, ampliari poterit, constituent, et una cum dictis vicariis apud illam personaliter certis a futuro Vigierscensi episcopo in statutis, ut infra concedendis, praefiniendis diebus et temporibus residere, horasque canonicas tam diurnas, quam nocturnas caeteraque divina officia cum debita mentis attentione servataque ecclesiae disciplina ad instar aliarum cathedralium ecclesiarum illarum partium recitare, decantare et psallere, eidque cathedralis ecclesiae, ut infra erigendae, laudabiliter deservire; et exercitio curae animarum dilectorum etiam filiorum parochianorum dictae pastoralis ecclesiae eique monasterio seu eremo, ut praecipitur, annexae, illam praedictis vicariis, aut aliis presbyteris idoneis, etiam extra gremium dicti capituli, ac alias, prout primo futurus Vigierscensis episcopus magis expedire iudicaverit, committendo, incumbere, propriasque domos seu residentias circa praedictam cathedralem ecclesiam, per nos, ut infra, erigendam, pro eorum commodo decentique habitatione, regis sumptibus ex expensis extractas, quas nos eis ex nunc ad effectum praemissorum per praesentes adiudicamus atque [258] concedimus habere respective debeant, ad Omnipotentis Dei Beatissimaeque Virginis Mariae laudem et gloriam, fidei catholicae exaltationem dicta apostolica autoritate perpetuo erigimus et institimus, dictamque cathedralem ecclesiam, per nos, sicut praecipitur, erectam, Sedi Apostolicae immediate subiectam semper et perpetuo fore et esse dicta apostolica autoritate declaramus.

Cum autem dioecesis Vigierscensis illius ecclesiae episcopalis respective territorium constitui debeat, ex illis portionibus Vilmensis scilicet ac Samogitiensis et Luceoriensis respective dioecesium sub temporali praedicti Friderici Guillelmi regis dominio existentibus, ad hoc, ut oves distractae in ordinatum gregem provido et diligenti pastore, qui eas probe noscat et salubriter nutriat, specialiter commissum, redigantur.

Cumque sicut pariter accepimus tota pars a praedictis tribus dioecesibus, ut infra dismembranda, in longum ad quinquaginta, in latum vero ad 10 et amplius milliaria Germanica protendantur, ipsa autem oppida 71 et villas 4558 ac parochiales ecclesias cum suis filialibus 149 enumeret, ex quibus 15 a Samogitiensi et 90 a Vilmensi et 44 a Luceoriensi respective dioecesibus hujusmodi obveniunt avellendae; adsunt insuper in praedicta parte ab eisdem tribus dioecesibus, ut praecipitur dismembrandae, quae novam Vigierscensem dioecesim efformabit, praeter memoratas parochiales et primo et secundo dictas ad praenominatum monasterium sive eremum, ut praecipitur, spectantes ecclesias, aliae itidem regulares ecclesiae, una videlicet s. Francisci Bernardinorum, ac aliae Reformatorum, ac aliae ejusdem s. Francisci, nec non reliqua duo Marianorum nuncu [259] pata respective ordinum, ac unum monialium ordinis s. Benedicti duntaxat monasterium, ac duo hospitalia, quae a sororibus charitatis nuncupatis s. Vincentii a Paulo administrantur, ac demum duo Beate Mariae de monte Carmelo ac septem s. Dominici Praedicatorum respective nuncupata, respective quoque ordinum, ecclesiae erecta et instituta, ac erectae et institutae reperiantur.

Nos propterea praedictum Wigry locum et cum eo monasterium sive eremum hujusmodi et proximo et subordinatas ad ipsum, ut praeficitur, spectantes ecclesias omnemque partem in Vilmensi ac Samogitiensi et Luceoriensi respective dioecesibus terminis, ut praedicitur, definitam sub dominio praedicti Friderici Guillelmi regis, ut praefertur, respective existentem, cum omnibus et singulis recensitis oppidis et villis, in ea, ut praefertur, existentibus, ab eisdem Vilmensi et

Samogitiensi et Luceoriensi respectivis dioecesibus dicta apostolica autoritate, etiam perpetuo, dismembramus, dividimus et separamus, dictumque Wigry locum et cum eo monasterium sive eremum hujusmodi, et partem praedictam in praenominatis dioecesibus, ut praedicitur, comprehensam, sub dominio praedicto, ut praefertur, existentem, in qua oppida et villae, ecclesiae, monasteria aliaque pia superius expressa loca, parciae et praedicta, ut praefertur, descripta aliquae, si quae sint, ecclesiae respective consistunt, ac utriusque sexus personas, habitatores et incolas, tam laicos quam clericos, presbyteros, beneficiatos, et praenominatorum superius itidem expressorum aliorumque, si quis sint, respective ordinum religiosos, non tamen exemptos, cujuscumque status, gradu ordinis et conditionis in loco, oppidis et villis praedictis, ut praefertur, existentes, a quacunque ordinaria sive delegata iurisdictione, potestate et superioritate venerabilium fratrum nostrorum modernorum et pro tempore existentium Vilmensis ac Luceoriensis et Samogitiensis respective episcoporum, quibus modo subesse dignoscuntur, dicta apostolica autoritate perpetuo disiungimus atque eximimus, ac locum Wigry praedeterminatum in civitatem episcopalem, ut praecipitur, erectum, et cum eo monasterium sive eremum hujusmodi ex proximo ac subordinatas ad ipsum, ut praefertur, spectantes ecclesias, dictamque partem in Vilmensi, Samogitiensi et Luceoriensi dioecesibus hujusmodi sub praedicto dominio, ut praefertur, existentem, cum memoratis oppidis et villis, ecclesiis, monasteriis, parciis locisque piis, nec non utriusque sexus personas, habitatores et incolas tam saeculares, quam ecclesiasticos et praenominatorum ac aliorum quorumvis, si qui sunt, respective ordinum religiosorum, non tamen exemptos, hujusmodi novae ecclesiae episcopali Vigierscensi illiusque futuro praesuli pro suis: civitate, territorio, dioecesi, clero et populo, ita quod liceat personae ecclesiasticae episcopali Vigierscensi, per nos, ut praefertur, erectae et institutae, tam a primaeva illius erectione et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutae in episcopum dicta apostolica autoritate praeferenda per se vel alium, seu alios, ejus nomine veram, realem et actualem et corporalem possessionem seu quasi regiminis spiritualis et omnimodi iuris dioecesanum in dicto Wigry loco ac monasterio sive eremo ac oppidis et villis ab eiusdem Vilmensi, Samogitiensi et Luceoriensi respective dioecesibus, ut praefinitum, dismembratis, divisis et separatis propria autoritate libere apprehendere et apprehensum perpetuo retinere. Venerabilis quoque [261] fratris nostri moderni et pro tempore existentis archiepiscopi Gnesnensis, vel cuiusvis alterius licentia de super minime requisita. Autoritate apostolica praefata similiter perpetuo assignamus et respective supponimus atque subicimus utriusque vero mensae episcopalis et capitularis dotatione, quam praedictus Fridericus Guillelmus rex, ut quoque accepimus, in se suscepit constituendam, providere volentes ad hoc, ut proximo futurum et pro tempore existens capitulum et canonici dictae cathedralis ecclesiae, per nos, ut praefertur, erectae, congrue sustentari, ac onera eis et eidem cuilibet respective pro tempore quomodolibet incumbentia supportare respective valeant. Primo et futuro pro tempore existenti Vigierscensi episcopo praedicto videlicet summam quatuor milium tallerorum Borussicorum e regio aeriario quotannis in parata pecunia pendendam, capitulo vero et canonicis ac vicariis praedictis, pro praenominatarum dignitatum et canonicatum ac praebendarum ac vicariatuum, ut praefertur, respective aectorum et aectarum respective dote, congruam itidem annuam summam ex regia liberalitate dignitates ipsas, ac canonicatus et praebendas, nec non vicarias hujusmodi, ut praefertur, erectas et erectos, pro tempore obtinendis respective annuatim pariter tribuendam.

Ita, quod liceat, eidem primo futuro et pro tempore existenti Vigierscensi episcopo videlicet praenominatam iam sibi, ut praefertur, attribuatam seu assignatam, dignitates vero et canonicatus et praebendas et vicarias hujusmodi, per nos, ut praefertur, respective erectas et erectos, pro tempore respective summas perceptas respective percipere, exigere, levare, et in eorum ac episcopalis et capitularis respective [262] mensarum, per nos, ut praefertur, erectarum, respective usus et utilitatem convertere cujusvis quoque licentia desuper minime requisita.

Eidemque primo futuro et pro tempore existenti Vigierscensi episcopo praedictam domum cathedralis ecclesiae, per nos, ut praefertur, erectae, contiguam ad excipiendos hospites, eremitarum expensis non exiguis iam pridem extractam, quae satis commoda et decens pro episcopi habitatione fore dignoscitur pro sui palatio, in quo primo futurus episcopus Vigierscensis et pro tempore existens residentiam suam facere debet, dicta apostolica autoritate etiam perpetuo respective concedimus et assignamus.

Ac praeterea eisdem primo futuris et pro tempore existentibus archidiacono et decano, ac custodi et scholastico singulisque canonicis dictae cathedralis ecclesiae, per nos, ut praefertur, erectae, ut ipsi eorumque in archidiaconatu ac decanatu et custodia ac scholasteria ac singulis canonicatibus et praebendis, per nos, ut praefertur, erectis, respective successores pro maiori dictae cathedralis ecclesiae, per nos etiam, ut praefertur, erectae, decore et honorificentia divinique cultus in ea augmento, et ad ingerendum in animis populorum erga Dei ministros ecclesiasticos in dicta ecclesia cathedrali, per nos, ut praefertur, erecta, ministeriis et officiis addictos maiorem venerationem consuetam, pectoralem crucem iuxta formam a futuro Vigierscensi episcopo praefiniendam tam dicta cathedrali ecclesia, per nos, ut praefertur, erecta, quam extra eam in processionibus et funeralibus publicis et privatis et aliis quibuscumque actibus et functionibus publicis et privatis inter Missarum et horarum divinarum pariter nocturnarum, vesperarum aliorumque divinatorum officiorum hujusmodi celebrationem, ac etiam iuxta praenominatam civitatem et dioecesim Vigierscensem, per nos, [263] ut praefertur, erectas, et ubique locorum, etiam in synodialibus provincialibus, generalibus universalibusque conciliis, etiam in praesentia dictorum S.R.E. praedictae cardinalium, etiam de latere legatorum, vicelegatorum et Sedis Apostolicae praedictae nunciorum, archiepiscoporum, ac ordinarii etiam proprii, vel aliorum quorumcunque deferre et gestare illaque respective uti libere et licite possint et valeant.

Ac ulterius, ut ipsi: archidiaconus et decanus ac custos et scholasticus, singulique canonici dictae cathedralis ecclesiae, per nos, ut praefertur, erectae, et eorum quilibet, nec non ipsorum officiales et ministri, nec non res, bona, proprietates et iura quaecumque omnibus et singulis tam spiritualibus, quam temporalibus privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, praeeminentiis, concessionibus, indultis, favoribus et gratiis, quibus aliae similes illarum partium cathedralis ecclesiae eorumque capitula, canonici ac dignitates in eis obtinentes illarumque ministri, ac bona, iura, res et proprietates, de iure, usu, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet, non tamen titulo oneroso aut ex indulto seu privilegio particulari, utuntur, fruuntur, potiuntur quomodolibet in futurum similiter et pariformiter ac aequae principaliter absque ulla prorsus differentia, dummodo tamen illa sint in usu et non revocata, nec sub aliqua revocatione com-

prehensa, sacrisque canonibus et concilii Tridentini decretis²⁹ aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis non repugnent, etiam uti, frui, potiri et gaudere possint et valeant, perinde ac si eis specialiter nominatim et expresse concessa fuissent, dicta apostolica auctoritate itidem respective perpetuo concedimus et indulgemus.

Caeterum, ut ordinata rerum dispositio in praedicta cathedrali ecclesia, per nos, ut praefertur, erecta, in iis, quae ecclesiasticam concernunt disciplinam, rite exacteque servetur eisdem primo futuris et pro [264] tempore existentibus archidiacono, decano ac custodi et scholastico singulisque canonicis dictae cathedralis ecclesiae, per nos, ut praefertur, erectae, ut ipsi capitulariter congregati pro ipsius cathedralis ecclesiae, per nos, ut praefertur, erectae, illiusque mensae capitularis, nec non sacristiae eorumque respective rerum et honorum ac iurium tam spiritualium, quam temporalium prospero et felici statu, regimine, gubernio et directione, nec non onerum illis nunc et pro tempore quomodolibet incumbentium, supportatione divinorum officiorum, processionum, functionum, anniversariorum et suffragiorum celebratione, distributionum quotidianarum et aliorum emolumentorum, quorumcumque exactione, perceptione, divisione, poenarum per absentes et divinis officiis hujusmodi suis loco et tempore non inter-essentes, seu onera et ministeria eis et eorum cuilibet respective incumbencia, incurrendarum, incurta, servitio chori praestando, singulorum praesentis notandis caeremoniis et ritibus in praedicta cathedrali ecclesia, per nos, ut praefertur, erecta, illiusque choro, capitulo, processionibus et aliis actibus capitularibus hujusmodi servandis, officialibus et ministris dictae cathedralis ecclesiae, per nos, ut praefertur, erectae, necessariis deputandis et amovendis ac ministeriis per ipsos subeundis salariis, et stipendiis praestandis, ac quibuscumque aliis rebus in praemissis et circa praemissa quomodolibet necessariis et opportunis, quaecumque statum, ordinationes, capitula et decreta licita tamen et honesta, ac eisdem sacris canonibus et concilii Tridentini praedicti decretis hujusmodi minime adversantia et per futurum Vigierscensem episcopum prius examinanda et approbanda edere, et edita praevia dicti futuri episcopi approbatione declarare, interpretare et in meliorem formam [265] redigere et reformare, seu etiam alia de novo ex integro eisdem tamen sacris canonibus et constitutionibus apostolicis decretisque praedictis minime adversantia et, ut praecipitur, per dictum episcopum prius examinanda et approbanda ac per eos, ad quos spectat et pertinet et tempore quomodolibet spectabit et pertinebit, observanda sub poenis contravenientes infligendis.

Similiter edere libere et licite quoque possint et valeant, plenam, liberam et omnimodam facultatem, potestatem, et auctoritatem dicta apostolica auctoritate perpetuo concedimus et impertimur ac erectionem, institutionem, declarationem, dismembrationem, divisionem, separationem, disiunctionem, exemptionem, suppositionem subiectis utriusque licentiae et facultatis impartitionem, concessionem, assignationem, indultum, nec non easdem praesentes semper et perpetuo validas et efficaces existere suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus et singulis, ad quos nunc spectat et pro tempore quomodolibet spectabit, in futurum firmiter et inviolabiliter observari debere, ac ullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa, quantumvis iuridica et legitima etiam ex eo, quod causae, propter quas eadem praesentes emana-

²⁹ *Sobór trydencki (XVIII sobór powszechny) obradował w latach 1545—1547, 1551—1552 i 1562—1563.*

runt, adductae, verificatae et iustificatae non fuerint, de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio seu intentionis nostrae, aut quocumque alio quantumvis magno substantiali inexcogitato et inexcogitabili, ac specialem et individuum mentionem et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo, quod in praemissis eorumque aliquo solemnitates et quaevis alia servanda et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de iure vel facto seu statuto vel consuetudine aliqua resultante seu [266] etiam enormis, enormissimae, totalisque cessionis, aut quocumque alio colore, praetextu aliave ratione vel causa, quantumvis iusta, rationabili, iuridica, pia, privilegiata talique ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra et aliis superius expressis nullibi appareret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in ius vel controversiam revocari, aut ad viam et terminos iuris reduci, aut adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam et terminos iuris, aut aliud quodcumque iuris hujusmodi vel facti, aut gratiae vel iustitiae remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu scientiae et potestatis plenitudine similibus concesso et impetrato, vel, emanato, quempiam uti, seu se iuari in iudicio, vel extra illud posse, neque easdem praesentes sub quibusvis vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspicionibus, limitationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque litteras et constitutiones apostolicas aut cancellariae apostolicae regulas, etiam in crastinum assumptionis nostrae et successorum nostrorum Romanorum Pontificium pro tempore existentium ad summi apostolatus apicem, etiam motu scientiae et potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter ex quibuslibet causis, etiam sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis, etiam, si eis de eisdem praesentibus earumque toto tenore ne data specialis mentio fiat, editas et in posterum edendas comprehendi, sed semper et omnino ab illis excipi et quoties illae emanabunt, toties in pristinum et validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas et plenarie reintegratas fore et esse, sicque et non alias [267] per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, ac S.R.E. praedictae cardinales, etiam de latere, ut praefertur, legatos, vicelegatos dictaeque Sedis nuntios hujusmodi aliosve quoscumque quavis autoritate, potestate, facultate, praerogativa ac privilegio frequentes, ac honore ac prae eminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate in quocumque iudicio et in quacumque instantia iudicari et definiri debere et, si secus super his a quocumque, quavis autoritate, scienter vel ignoranter contigerit, attentari, irritum et inane dicta apostolica autoritate motu scientiae et potestatis plenitudine paribus decernimus.

Postremo autem desiderantes, ut praemissa omnia, sic per nos, ut praefertur, ad spiritualem animarum salutem divinique nominis gloriam, ut praefertur, provide deposita et ordinata, debitae executioni demandentur et quaecumque obstacula, quae forsitan ex parte heremitarum dicti monasterii seu eremi hujusmodi suscitari possent, paenitus dirimantur, hinc praedictum Onuphrium Cajetanum, ut praefertur, modernum episcopum Plocensem, in executorem pro executione tantum earum praesentium apostolica autoritate praedicta constituimus et deputamus, ei per praesentes iniungentes atque mandantes, ut ipse praedictorum heremitarum situationi et indemnitati, eo quo fieri poterit, meliori modo consulat atque provideat, et quae pro eorum commodis et utilitatibus expedire

melius in Domino iudicaverit pro eius arbitrio et conscientia statuatur atque decernatur.

Eidemque Onuphrio Cajetano episcopo praeterea facultatem, ut ipse dilectum quoque filium suum in spiritualibus vicarium generalem sive officialem, aut quamcumque personam in dignitate tamen ecclesiastica constitutam, pro praemissorum omnium executionis effectu subdelegare [268] libere et licite possit, ac tam eidem Onuphrio Cajetano episcopo, quam vicario aut officiali, vel delegato hujusmodi, ut ipsi et eorum quemlibet super quacunque oppositione in actu executionis hujusmodi quomodolibet oritura, servatis tamen, quae fuerint de iure servanda, definitive pronuntiare libere et licite quoque valeant, ac respective valeant, eadem apostolica auctoritate easdem tenore praesentium concedimus et impertimur, non obstantibus nostris et cancellariae apostolicae praedictae regulis de iure quaesito, non tollendo, ac de suppressionibus, unionibus et dismembrationibus ad partes committendis, et de exprimendo in eis vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati³⁰ uniones et applicationes perpetuas, nisi in casibus a iure permissis fieri et ab ecclesia membra distingui ac dividi prohibentibus, ac quibusvis aliis, etiam in synodalibus provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis dictaeque Vilmensis, Samogitiensis ac Luceoriensis ecclesiarum, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis et litteris apostolicis, quibusvis superioribus et personis, sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, ac irritantibus et aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium praemissorum quomodolibet, etiam motu, scientia et potestatis plenitudine paribus concessis et concedendis, quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis eorumque totis tenoribus specialibus specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quaevis alia [269] expressio habenda, seu quaelibet alia et exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso et forma in illis tradita, observata et inserti forent, eisdem praesentibus pro plene et sufficienter expressis et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime et plenissime ac specialiter et expresse, nec non oppositione et valide ad praemissorum validissimum effectum, motu, scientia et potestatis plenitudine paribus harum serio derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Et attento, quod in eadem cathedrali ecclesia, per nos, ut praefertur, erecta, theologalis et paenitentiarum respective praebendae hujusmodi, ac canonicatus et praebendis, per nos, ut praefertur, erectis, constitutae non fuerint, volumus, quod una et altera praebenda hujusmodi per primo futurum episcopum Vigierscensem iuxta praescripta dicti concilii Tridentini erigi et institui debeant, conscientiam ipsius futuri episcopi super haec onerantes. Volumus etiam, quod dictae personae Vigierscensis ecclesiae, per nos, ut praefertur, erectae, tam pro hac prima vice, quam dum illam in futurum pro tempore pastoris solatio destitui contigerit, per nos et successores nostros Romanos Pontifices pro tempore exi-

³⁰ Sobór lateraneński V (XVII sobór powszechny) obradował na 12 generalnych posiedzeniach od 10 XII 1512 do 16 VIII 1517.

stentes in episcopos praeficiendos litteras apostolicas sub plumbo per cameram apostolicam praedictam de super de more expedire debeant et teneantur.

Praeterea etiam volumus, quod fructus, reditus et proventus perceptae mensae episcopalis Vigierscensis, per nos, ut praefertur, erectae, ad quadringentos florenos auri in libris camerae apostolicae describendos taxari debeant.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae erectionis, [270] institutionis, declarationis, dismembrationis, divisionis, separationis, disiunctionis, exemptionis, suppositionis, subiectionis utriusque licentiae et facultatis, impartionis, concessionis, assignationis, indulti, decreti, destinationis, deputationis, iniunctionis, mandati, derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum prope Florentiam in coenobio carthusianorum³¹ anno incarnationis Domini 1798, decimo septimo kalendas aprilis, pontificatus nostri anno XXV.

³¹ W klasztorze kartuzów pod Florencją znajdował się papież od 1 VII 1798 do 28 III 1799. Por. wstęp.